


Omnibus alijs dispositis ut in proxima superiori figura, dico qd in arcum h z, nō potest cadere aliqua diameter in qua sit locus alicuius imaginis, qm̄ em̄ linea contingens quæ est a g p, æquedistat diametro b h, per 28. primi, tunc patet quod uersus punctum




p, nulla diameter cadens in arcum z h, concurrat cum linea contingente quæ est a p, & à quocunq; puncto talium diametrorum ducatur linea ad superficiem speculi conuexam cadit in portionem nō apparentem ipsius speculi, utpote in portionē circuli quæ est g z c, & nulla ipsarum cadit in portionem circuli g d c, uisui oppositam, nisi secando sphaeram speculi, nulla ergo forma puncti alicuius talium diametrorum ueniet ad portionem uisui apparentē uel ad uisum, omnia aut̄ ista quæ in semicirculo d g z, & in eius arcubus in præmissis theorematibus declarata sunt, in arcubus quoq; semicirculi d c z, similiter possunt demonstrari ut in arcubus semicirculi d g z, similibus enim acceptis utrimq; dispositionibus arcuum & similibus factis, ptractionibus linearum, eadem in omnibus occurrent passionēs, & idem est demonstrandi modus, & similiter etiā quod nec declaratur in circulo c d g z, potest in uno quoq; circulo qui sunt communes sectiones superficierum reflexionis & superficie conuexi speculi sphaerici declarari. Vnde omnes passionēs probatæ secundum quoscunq; punctos circuli d g z c, in completis circulis accidunt per totam speculi superficiē, sicut si punctus g, uel aliter punctus signatus moueatur per sphaeræ superficiem & circulum describat, passionēs uero arcuum circuli d g z c, perueniunt in quædam latera superficie contenta sub terminis æquedistantiū circuloꝝ per totam sphaeram speculi; sicut si arcus aliquis æquedistans polo motus sphaeræ

culi aliquā superficiem distinguat, ut patet intuenti. Si itaq; linea b h, moueatur eadem manente angulo h b z, signabit ipsa motu suo secundum punctum z, portionem sphaeræ, in cuius diametris nullus erit imaginis locus, & si linea b z, immota existente moueatur arcus o h, describetur portio sphaeræ, cuius omnes imagines in diametro b o, uel alia protracta existentes sunt extra speculum, moto uero arcu o g, fiet portio speculi, cuius diametrorum quædam imagines sunt in superficie speculi, quædam extra, & quædam intra speculū, uerum uisus non semp̄ comprehendit quæ imagines sunt in superficie speculi, uel quæ sint extra, nec certificatur in istorum comprehensione, nisi intimū, quia sentit quod sunt ultra portionem sphaeræ apparentem. Sic ergo ex præmissis 6. theorematibus patet in propositis speculis loca imaginum esse determinata, secundum quod imagines horum speculorum uni tantum uisui offeruntur.

XXXIII.

Ambobus uisibus à duobus punctis reflexionis superficie speculi sphaerici conuexi forma unius puncti occurrente unicus imaginis est locus, & imago tantum unica uidetur.



Sint centra duorum uisuum a & b, & punctus uisus sit c, sitq; d centrum circuli magni, qui est secans ambos circulos, qui sunt communes sectiones superficierum ambarū reflexionis & speculi, à cuius punctis sit reflexio, & cuius portio apprens uisui sit e f, sitq; punctus reflexionis & speculi formæ puncti c, ad uisum a, punctus g, & punctus reflexionis formæ puncti c, ad uisum b, sit punctus h, & ducatur cathetus incidentiæ à puncto c, ad centrū speculi, qui sit e d, secans circulū in puncto o, secetq; linea reflexionis quæ est a g, & ducta ipsum cathetū c d, in puncto k, & linea b h, in puncto i, suntq; primo uisus ambo æq̄liter distantes à cetro speculi d, & à puncto rei uisæ qd̄ est c, dico qd̄ ambob; uisib; a & b, formæ puncti uisi c, licet duo sint reflexionum puncta quæ g & h, uno tantum imago uidetur, quia unicus est imaginis locus. Ducantur enim lineæ a d & b d,